

Stephanus Mascoti civis Albiensis

[XIII v°] Anno domini millesimo ducesimo nonagesimo nono, sexto decimo kalendas februarii Stephanus Mascoti civis albiensis, constitutus in iudicio coram reverendo patre in Christo domino B. divina providencia episcopo albiensi, ac venerabili et religioso viro fratre Nycholao de Abbatis Villa de ordine predicatorum inquisitore heretice pravitatis in regno Francie auctoritate apostolica deputato, iuratus super sancta quatuor dei evangelia dicere meram et plenam veritatem super facto heresis de se ut de principali et de aliis vivis et mortuis ut testis nec celare veritatem et nullam immiscere falsitatem amore, gracia, odio, timore vel favore, dixit quod tres anni possunt esse vel circa ut sibi videtur de tempore Bertrandus de Monte Acuto civis albiensis, revenditor, induxit et rogavit ipsum testem et etiam conduxit eum dando sibi XXXV turonensium albos ut iret in lombardiam, et ibi quereret Raymundum Andree hereticum et adduceret eum sibi, et si non inveniret dictum Raymundum Andree quod adduceret ad eum aliquem alium hereticum. Post que ipse testis eundo in Lombardiam venit lanuam et ibidem invenit Bernardum Fabri sartorem condam albiensem. Qui cum ad invicem se salutassent requisiverunt se mutuo de causa adventus sui ad partes illas. Tunc ipse testis dixit dicto B. Fabri quod volebat ire ad balnea Dahix versus Lombardiam, et dictus B. dixit quod associaret eum. Et dum ambo simul procederent versus dicta balnea dum essent in via aperuerunt sibi ad invicem ipse testis et dictus B. Fabri quomodo missi erant in Lombardiam ad adducendum hereticos ad civitatem Albie, ipse testis a dicto Bertrando de Monte Acuto et dictus Bernardus a Guillermo Golferii civibus albiensibus. Post que dum ambo venissent ad balnea et balnearent se supervenerunt P. Sextayroli textor et Raymundus Bonerii, qui fuerant de Albia et fugerant in Lombardiam propter heresim. Et dum ad invicem se cognovissent et mutuo salutassent postquam exivissent balnea iverunt simul spaciatum ipsi quatuor videlicet ipse testis, B. Fabri, P. Sextayroli et Raymundus Bonerii predicti. Et post aliqua verba tandem ipse testis et socius suus aperuerunt duobus aliis predictis causam premissam adventus sui. Et duo alii fugitivi responderunt quod in promptu habebant illud quod ipse testis et socius suus querebant. Post que ipsi quatuor simul iverunt apud castrum dictum Viso, quod distabat a dictis balneis per tria militaria, et ostenderunt quemdam collem prope castrum qui habebat nemus adiacens ubi erant tria vel quatuor hospicia hereticorum. Et cum intrassent in quadam de illis domibus occurrit eis dominus domus qui obiurgavit illos duos fugitivos quia tantum tardaverant venire, qui responderunt quod prius venire non potuerant quia invenerant homines de terra sua. Et tunc exposuerunt dicti duo fugitivi causam adventus ipsius testis et Bernardi socii eius, et respondit dictus dominus domus quod traderet eis unum bonum hominem hereticum, verumptamen prius oportebat quod facerent secundum consuetudinem hereticorum, videlicet quod adorarent eos quia si quicumque marchio esset ibi oporteret quod faceret illud idem. Tunc ipse testis et socius eius adoraverunt dictum [dominum] domus hereticum flexis genibus dicendo

Étienne Mascot, citoyen d'Albi

En l'an du Seigneur 1299, le seize des calendes de février¹, Étienne Mascot, citoyen d'Albi, placé judiciairement devant le révérend père en Christ, Monseigneur Bernard, par la divine providence évêque d'Albi, ainsi que la vénérable et religieuse personne, frère Nicolas d'Abbeville de l'ordre des Prêcheurs, inquisiteur de la perversité hérétique délégué dans le royaume de France par autorité apostolique ; ayant juré sur les quatre saints évangiles de Dieu, de dire l'entière et pleine vérité en matière d'hérésie, sur lui principalement comme sur les autres, vivants et morts, comme témoin, et de ne pas celer la vérité, ni insérer aucune falsification par amour, grâce, haine, crainte ou faveur, il a dit qu'il pouvait y avoir trois ans environ², à ce qu'il lui semble pour l'époque, Bertrand de Montégut, citoyen d'Albi, revendeur, poussa et sollicita le témoin et aussi l'engagea, en lui donnant trente-cinq tournois blanc, afin qu'il aille en Lombardie lui rechercher et ramener Raymond André, hérétique, et que s'il ne trouvait pas ledit Raymond André, il devait lui ramener n'importe quel autre hérétique. Puis, s'étant rendu en Lombardie, le témoin alla à Gênes et y rencontra Bernard Fabre, couturier, jadis d'Albi. Comme ils s'étaient salués réciproquement, ils se demandèrent mutuellement la raison de leur venue en ce pays. Alors, le témoin dit au-dit Bernard Fabre qu'il voulait aller aux bains d'Acqui³ situés en Lombardie, et ledit Bernard dit qu'il l'accompagnerait. Alors, tous deux prirent la direction des-dits bains, et pendant qu'ils étaient en chemin, le témoin et ledit Bernard Fabre se dévoilèrent réciproquement comment ils avaient été envoyés en Lombardie pour ramener des hérétiques dans la cité d'Albi : Le témoin par ledit Bertrand de Montégut, et ledit Bernard par Guillaume Golfier, citoyens d'Albi. Puis, comme ils étaient venus aux bains et qu'ils se baignaient, survinrent Pierre Sextayrol, tisserand, et Raymond Bonier, qui avaient été d'Albi et qui avaient fui en Lombardie à cause de l'hérésie. Comme ils s'étaient reconnus réciproquement, ils se saluèrent mutuellement. Après qu'ils furent sortis des bains, les quatre hommes allèrent se promener ensemble, c'est-à-dire : Le témoin, Bernard Fabre, Pierre Sextayrol et Raymond Bonier susdits. Après quelques propos, le témoin et son compagnon dévoilèrent finalement aux deux autres personnes susdites la raison susdite de leur venue. Les deux autres fugitifs répondirent qu'ils avaient évidemment ce que le témoin et son compagnon recherchaient. Puis, les quatre hommes vinrent ensemble au castrum nommé Visone⁴, qui était distant des-dits bains de trois « militaires »⁵, et ils montrèrent une colline près du castrum qui avait un bois adjacent où étaient trois ou quatre habitations des hérétiques. Comme ils étaient entrés dans une de ces maisons, le maître de la maison vint à leur rencontre et houspilla ces deux fugitifs parce qu'ils avaient beaucoup tardé à revenir. Ils répondirent qu'ils n'avaient pas pu venir plus tôt parce qu'ils avaient rencontré des hommes de leur pays. Alors, lesdits deux fugitifs expliquèrent la raison de la venue du témoin et de Bernard, son compagnon. Ledit maître de maison répondit qu'il leur remettrait un bon homme hérétique, mais avant il fallait qu'ils agissent conformément à la coutume des hérétiques, c'est-à-dire qu'ils les adorent, parce que si un étrangers était là, il fallait qu'il agisse de même. Alors le témoin et son compagnon adorèrent ledit hérétique [maître] de la maison, genoux fléchis en disant

¹ C'est-à-dire le 14 février 1300. Ce calendrier fixe le nouvel an à Pâques.

² C'est-à-dire, en l'an 1296 de ce calendrier, ce qui correspond, selon notre calendrier, à la période située entre le 25 mars 1296 et le 13 avril 1297.

³ Acqui-Terme, province d'Alexandrie, Piémont, Italie.

⁴ Province d'Alexandrie, Piémont, Italie.

⁵ Unité de distance équivalent au mille romain, lequel correspondait à mille pas d'un soldat, soit 1482 kilomètres.

benedicite secundum modum hereticorum. Et ibi iacuerunt illa nocte. In crastinum vero mane ipse testis et Bernardus Fabri redierunt cum quodam heretico per [XIV r°] dominum dicte domus eis tradito, et tandem venerunt ad Montem Pessullanum et demum Albiam et intraverunt Albiam quadam die veneris de nocte. Et venerunt ad domum dicti Bertrandi de Monte Acuto qui miserat ipsum testem, et dum dictus Bertrandus vidisset ipsum testem gravisus est et petiit ad eo quid fecerat de negocio pro quo miserat eum. Et ipse testis respondit quod nequaquam potuit invenire Raymundum Andree pro quo mandaverat, set loco ipsius adduxerat Guillermun Pagani lombardum hereticum qui ibidem presens erat. Qui Bertrandus de Monte Acuto recepit dictum hereticum cum gaudio et introduxit eum in domum suam, tamen tunc dictus B. Fabri dixit eidem Bertrando quod oportebat quod redderet dictum hereticum die dominica sequenti in sero. Qua die et hora ipse testis et B. Fabri predictus redierunt ad domum dicti Bertrandi de Monte Acuto et repetiverunt dictum hereticum ei commendatum. Et idem Bertrandus respondit quod paratus erat ipsum reddere et procedens cum eis iverunt simul ad domum Guillermi Fenassa claudi. Et tunc dictus Bertrandus intravit et extraxit inde dictum hereticum dicto Guillermo Fenassa et Iacobo Leo fratre eius venientibus usque ad hostium. Tunc Guillermus Fenassa clausit hostium post eos, et Iacobus Leo associavit dictum hereticum. Post que ipse testis, Bernardus Fabri et hereticus predictus et Iacobus Leo simul venerunt et intraverunt domum Guillermi Golferii mercatoris et ibidem cenaverunt. Et dum apponerentur galline assate coram heretico noluit gustare, set neque caseum sibi oblatum. Tandem dictus Guillermus Golferii fecit apportari pisces, et de illis comedit dictus hereticus. Et dum sederent simul ad mensam idem Guillermus misit pro Petro de Rayssaco qui cenavit cum eis. Et post cenam dictus Guillermus Golferii, P. de Rayssac, ipse testis, Bernardus Fabri et hereticus predictus simul iverunt ad quandam domum secretam dicti Guillermus Golferii ubi erat torcular, et ibidem dicti Guillermus Golferii et P. de Rayssaco adoraverunt dictum hereticum flexis genibus dicendo benedicite secundum modum hereticorum ipso teste et dicto B. Fabri videntibus, set tunc cum aliis hereticum non adorantibus. Post que dictus Bernardus Fabri cum eodem heretico recessit ad domum suam, rogans ipsum testem quod in crastinum associaret eos quia mane erant recessuri versus Carcassonam et Narbonam, quod ipse testis fecit et associavit eos usque ad locum dictum Beltrep. Et tunc recessit ad eis rediens ad domum suam, nec postea vidit eos vel aliquem ex ipsis ut dicit.

Item dixit quod postquam dictus hereticus iacuisset in domo dicti Bertrandi de Monte Acuto sicut superius exprimitur, in crastinum mane dum ipse testis venisset ad dictum Bertrandum de Monte Acuto ad recipiendum peccuniam quam sibi promiserat pro via quam in Lombardiam fecerat pro eodem, et expectaret eum in carreria prope operatorum suum quia presens non erat, vidit ipse testis dictum Bertrandum de Monte Acuto et Petrum Stephani sutorem, sororium eius, et hereticum supradictum venientes per viam et vidit eos simul ingredienti domum dicti Petri Stephani, set ignorat qui ibi egerint quia ibi non intravit cum eis dictam domum.

[XIV v°] Hec deposuit anno et die predictis coram domino episcopo et inquisitore supradictis apud Albiam in domo episcopali. In presencia et testimonio religiosi viri fratris Falconis de Sancto Georgio prioris albiensis conventus fratrum predicatorum, et venerabilium virorum dominorum P. de Rossono prepositi ecclesie albiensis, Poncii de Sancto Iusto archidiaconi lumberiensis in predicta ecclesia albiensi, et discretorum virorum

« *Bénissee* », selon l'usage des hérétiques. Ils couchèrent là cette nuit. Le lendemain matin, le témoin et Bernard Fabre revinrent avec un hérétique que leur remis le maître de ladite maison. Finalement, ils vinrent à Montpellier et enfin à Albi, et de nuit, un vendredi, ils entrèrent dans Albi. Ils allèrent à la maison dudit Bertrand de Montégut qui avait envoyé le témoin, et comme ledit Bertrand avait vu le témoin accablé, il demanda pour cette raison ce qu'il avait fait en ce qui concerne l'affaire pour laquelle il l'avait envoyé. Le témoin répondit qu'il ne put trouver en aucune manière Raymond André pour lequel il l'avait envoyé, mais qu'il avait emmené ici Guglielmo Pagani, hérétique lombard, lequel était présent ici-même. Bertrand de Montégut reçut cet hérétique avec joie et l'introduisit dans sa maison. Cependant, ledit Bernard Fabre dit à ce Bertrand qu'il fallait qu'il remette ledit hérétique le dimanche soir suivant. Au jour et à l'heure dite, le témoin et Bernard Fabre susdit retournèrent à la maison dudit Bertrand de Montégut et réclamèrent ledit hérétique qu'ils lui avaient confié. Ce Bertrand répondit qu'il était prêt à le remettre et, partant avec eux, ils allèrent ensemble à la maison de Guillaume Fenasse, le boiteux. Alors, ledit Bertrand entra et fit sortir de là ledit hérétique, après que Guillaume Fenasse et Jacques Leo, son frère, soient venus jusqu'à l'habitation. Alors Guillaume Fenasse, ferma la maison après eux et Jacques Leo accompagna ledit hérétique. Puis, le témoin, Bernard Fabre, l'hérétique susdit et Jacques Leo vinrent et entrèrent ensemble dans la maison de Guillaume Golfier, marchand, et ils y dînèrent. Comme on avait apporté une poule rôtie devant l'hérétique, il ne voulut pas y toucher, ni au fromage qu'on lui avait présenté. Finalement, Guillaume Golfier fit apporter des poissons et de cela, ledit hérétique en mangea. Alors qu'ils étaient assis ensemble à table, ce Guillaume Golfier manda Pierre de Rayssac pour qu'il vienne dîner avec eux. Après le dîner, ledit Guillaume Golfier, Pierre de Rayssac, le témoin, Bernard Fabre et l'hérétique susdits allèrent ensemble dans une maison isolée dudit Guillaume Golfier où était un pressoir. Là, ledit Guillaume Golfier et Pierre de Rayssac adorèrent ledit hérétique, genoux fléchis en disant « *Bénissee* », selon l'usage des hérétiques, à la vue du témoin et dudit Bernard Fabre, mais ils n'adorèrent pas l'hérétique avec les autres. Puis, ledit Bernard Fabre partit à sa maison avec cet hérétique, en demandant au témoin qu'il vienne les accompagner le lendemain parce que le matin ils s'en iraient vers Carcassonne et Narbonne, ce que fit le témoin. Il les accompagna jusqu'au lieu-dit Beltrep. Alors, il les quitta et revint à sa maison. Par la suite, il ne les revit plus, ni une personne de leur part, à ce qu'il dit.

De même, il a dit que, après que ledit hérétique coucha dans la maison dudit Bertrand de Montégut, comme cela est rapporté plus haut, le lendemain matin, comme le témoin était venu auprès dudit Bertrand de Montégut pour recevoir l'argent qu'il lui avait promis pour le voyage qu'il avait fait en Lombardie pour lui, et qu'il attendait dans la rue près de son atelier parce qu'il n'était pas là, le témoin vit ledit Bertrand de Montégut, Pierre Étienne, cordonnier, son beau-frère, et l'hérétique susdit arriver dans la rue. Il les vit entrer ensemble dans la maison de Pierre Etienne, mais il ignore ce qu'ils avaient fait là parce qu'il n'entra pas avec eux dans ladite maison.

Il fit cette déposition dans l'année et jour susdits devant le seigneur évêque et l'inquisiteur susdits, à Albi, dans la maison de l'évêché. En présence et avec le témoignage de la religieuse personne, frère Foulques de Saint-Georges, prieur du couvent des frères Prêcheurs d'Albi, et des vénérables personnes, les seigneurs Pierre de Rosson, prévôt de l'église d'Albi, Ponce de Saint-Just, archidiacre de Lombers dans la susdite église d'Albi, et des distinguées personnes,

magistrorum Guillermi Sicredi officialis curie albiensis, et Iohannis de Rocolis rectoris ecclesie de Rupe Curva albiensis dyocesis, et magistri Guillermi Raymundi de Alayraco canonici ecclesie Sancti Affrodiseii bitterrensis, auctoritate sedis apostolice publici officii inquisitionis heretice pravitatis in regno Francie notarii, ac mei Bertrand Vidille publici in tota senescallia carcassonensi et bitterrensis domini regis et prefati domini episcopi in civitate et dyocesi albiensibus notarii. Qui predicti duo notarii predictis omnibus interfuimus, et de mandato dictorum domini episcopi et inquisitoris hec scripsimus et recepimus.

maîtres Guillaume Sicre, official de la curie d'Albi, Jean de Rocoules, recteur de l'église de Roquecourbe du diocèse d'Albi, et de maître Guillaume Raymond d'Alayrac, chanoine de l'église de Saint-Aphrodise de Béziers, par autorité du siège apostolique notaire public de l'office de l'inquisition de la perversité hérétique dans le royaume de France, et de moi Bertrand Vidille, notaire public dans toute la sénéchaussée de Carcassonne et de Béziers du seigneur roi et du susdit seigneur évêque dans la cité et le diocèse d'Albi. Nous, les deux notaires susnommés, fûmes présents à la susdite déposition, et sur le mandat des-dits Seigneurs évêque et inquisiteur nous l'avons écrite et approuvée.